

Prob origine uero pulchri, ut nuper sermonem audiri meum
 est: dixi enim nuper pulchri patriam esse omnium nobilissimam,
 eo quod ex homine, quo nihil excellentius nobilissimum
 in hoc orbe beato reperire sit, originem suam deducat,
 proclara sane origo! at quidam etiam a ceteris, a uulgaribus,
 a felibus, alijs suis foris animalibus pulchrum ortum habet! sed domus
 eius ex solo homine originem suam habere, at etiam foedissimi
 pediculi, et, ista sacra pagina, uermes atque bufones, quos tu
 nemo unquam laude dignos censuit, ex homine nascuntur: ut
 uel hinc homo arrogans sibi displicere potius, quam placere
 debeat, et in se aliter deprecando humilia, non alta sapere
 condiscat, quod nimirum corpus, tam immundum animalium fonte
 et origine, circumgestare cogatur. sed hoc misere faciamus
 cum iuxta Themistoclem patria proclara licet etiam
 neminem gloriosum efficiat. Fortassis igitur ob generis
 splendorem decusque pulchri aliquando laude dignum existimabitur;
 et regio n. Themmate, aut proclara patriciorum familia ori-
 undum esse, et regium decus, et vestis patricia, scilicet purpurea
 qua toto corpore indutus conspicitur, demonstrant; sed o res
 uulgaris opinionem! quis n. hac ratione finiam aliquam
 non proclari natalibus regiam scilicet aut patriciam oriunda
 esse sibi non persuadeat! solet enim in magnorum principum